



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Divortium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

telligendum est de usu fructu annuo,
& non de proprietate.

DIVORTIUM.

CAUSÆ DIVORTIJ, quoad separatio-
nem tori sunt multæ, prima sævi-
tia viri, secunda vñeni præparatio,
tertia furor, quarta hæresis, quinta cri-
men nefandum, sexta fornicatio, &
adulterium, etiam ex conjecturis, &
violentis suspicionebus, Cov. deßponsal.
2. par. cap. 7. §. 5. per totum, Sylvest.
in ver. divortium, & in præl. mea pœnit.
titul: 2.1. in praxi quomodo proceda-
tur. vide Host. in summa hoc tit. ubi ha-
bes practicam, & sicut uxorem accu-
fare potest, ita econtra, & an possit vir
propria auctoritate expellere uxorem,
Covar. loc. cit: num. 11. dicit, quod
non, nisi sit notorium.

DOCTOR.

PRIMÒ, Doctor, sive Licentiatus in
Theologia, vel in jure canonico,
& in publica Universitate graduatus,
non excusat urab examine, quando pe-
tit sibi provideri de aliqua parochiali
Ecclesia, ita facr. Congreg. declar.
208. in meis, cujus sunt verba prædicta
formaliter.

Secundò, irriti sunt doctoratus, in
quibus fidei professio non fuerit adhi-
bita, ita Bul. Pij IV. & fac. Congr.
declar. 311. in meis, cujus sunt ver-
ba prædicta.

DOCTRINA CHRISTIANA.

QUænam sunt indulgentiæ con-
fraternitatis doctrinæ Christianæ?
Respondeatur, quod est videre in
Bull. Pij V. quæ incipit ex debito, &
Gregor. XIII. Bul: 11. quæ incipit, Illius,
qui, & Bul: seq. ubi multas habes indul-
gentias confratribus societatis doctrinæ
Christianæ concessas, & ibi horta-
tur prælatos omnes ad erigendas con-
fraternitates doctrinæ Christianæ, in-
ferioribus autem præcipit, ut & arden-
tiūs prælati eorumque inferiores ad
hujusmodi sanctum exercitium, offici-
umque accendantur. Volui hic inse-
rere Bullam, ut fateor, ad Gloriam
Dei, quod cùm essem Vicarius in Ar-
chiepiscopatu Compzano, & parochus
Beneventi, & modo Episcopus Mino-
ri, per me ipsum functus sum munere
hujus sanctæ exercitationis, quam nec
erubuit Dominus noster, quando in-
quit. Sinite parvulos venire ad me, &
alibi: Nisi efficiamini sicut parvuli, &
libi, Cùm oraveritis, dicite, Pater noster,
nec sancti Patres, ut divus Augustinus,
& alij, qui codices integros de hujus-
modi disciplina composueré, & vidi
Archiepiscopum Neapolitanum Mari-
am Carafam intereste parvulis disce-
ptantibus de institutionibus Christia-
nis, nec designati sunt summi Ponti-
fices sancire Bullas de hac materia, &
præcipue sanctissimus Dominus noster
Clemens VIII. nil magis cogitat.

Secundò, an parochus possit coge-
re clericos, qui sunt intra limites suæ
parochiæ ad adjuvandū eum in docen-
do Doctrinam Christianam pueros?

H 3 Respon-